Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



AD ROMA

ra ut sint inexcusabiles qua
cum cognouissent deum non sicut
deum glorificauerunt aut gratias
egerunt sed euanuerunt in co
gitationibus suis et obscuratum
est insipiens cor eorum. Dicen
tes enim se esse sapientes stulti
facti sunt et mutauerunt glo
riam incorruptibilis dei in
similitudinem ymaginis cor
ruptibilis hominis et volucrum
quadrupedum et serpentium.
propter tradidit illos deus in de
sideria cordis eorum in immundi
cia ut contumelias afficiant cor
pora sua inseme ipsis qui com
mutauerunt veritatem dei in men
dacium et coluerunt et seruierunt
creature potius quam creatori
qui est benedictus in secula amen.
Propter hoc tradidit illos deus in pas
siones ignominie. Nam femine
eorum immutauerunt naturalem
usum in eum usum qui est con
naturam. Similiter autem mas
culi relicto naturali usu femine
exarserunt in desideriis suis in
invicem masculi in masculos
turpitudinem operantes et merce
dem quam oportuit erroris sui
in semet ipsis recipientes. Et sic
non probauerunt deum habere
in notitia tradidit illos deus in
reprobum sensum ut faciant ea
que non conueniunt repletos in
omni iniquitate et malitia for
nicatione auaritia nequitia et
plenos invidia homicidio et
contentione dolo malignitate susur
rones detractores deo odibiles con
tumeliosos superbos elatos invento
res malorum parentibus non obedi
entes insipientes incompositos sine
affectione absque federe sine misericor
dia. Qui cum iustitiam dei cognouis
sent non intellexerunt quoniam qui
qui talia agunt digni sunt morte non
solum qui faciunt ea sed etiam qui con
sentiunt facientibus. II

Propter quod inexcusabilis es
o homo omnis qui iudicas.
In quo enim iudicas alterum
te ipsum condemnas eadem enim agis
que iudicas. Scimus enim quoniam
iudicium dei est secundum veritatem in
eos qui talia agunt. Existimas autem o ho
mo hoc qui iudicas eos qui talia agunt et
facis ea quia tu effugies iudicium dei
an diuitias bonitatis eius et patientie
et longanimitatis contemptus. Ignoras
quoniam benignitas dei ad pen
itentiam te inducit. Secundum dura
ciam autem tuam et cor impenitens thesa
urizas tibi iram in die ire et reuelacio
nis iusti iudicii dei qui reddet unicui
que secundum opera eius. His quidem qui
sunt secundum patientiam bone operis
gloriam et honorem et incorruptionem
querentibus uitam eternam. His autem
qui ex contentione sunt et qui non acquies
cunt veritati credunt autem iniquitati
ira et indignatio tribulatio et angustia
in omnem animam hominis operantis
malum iudei primum et greci. Gloria
autem et honor et pax omni operanti bonum
iudeo primum et greco. Non est personar